

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**De Lingvae Chaldaicae Vsv In Nominibvs  
Praenominibvsqve Vvlgaribvs explicandis**

**Hasse, Johann Gottfried Hasse, Johann Gottfried**

**Regiomonti, [1798?]**

**VD18 1352853X**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9826**

9  
DE LINGVAE CHALDAICAE VSV IN NOMINI-  
BUS PRAENOMINIBVSQVE VVLGARIBVS  
EXPLICANDIS.

18  
DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM  
PRAESIDE

D. IOH. GODOFR. HASSE,

S. R. M. A CONSILII CONSISTORII, THEOLOGIAE ATQVE  
LINGVARVM ORIENTAL. PROF. P. O.

A. D. XXVIII. MART. C1818CCLXXXVIII.

HORIS ANTEMERIDIANIS

DEFENDET

RESPONDENS NOBILISSIMVS

GEORGE HENR. RAPPOLT,

REGIOM. THEOL. C.

LEGES STIPENDII WULF-GELHAARIANI

EXPLETVRVS;

OPPONENTIVM PARTES TVENTIBVS

IUVENIBVS ORNATISSIMIS

MARTIN. LVDOV. RHESA,

CARWAITA - BORVSS. THEOL. C.

LVDOV. THEOPHIL. MOELLER.

SCHMODITTA - BORVSS. THEOL. C.


---

REGIOMONTI,  
LITTERIS HARTVNGIANIS,



bkarte #13

B.I.G.



§. 1.

Aditus ad rem.

**P**ertractanti mihi ea vocabula, quae vulgo Praenominum Nominumque loco nobis esse solent, et memoria mecum repetenti, unde orta ductaque sint, alia Graeca, alia Latina, pleraque Celto-Gothico-Teutonica, multa Orientalia eaque vel Persica \*) vel Hebraica \*\*) vel Syro-Chaldaica esse visa sunt. Quorum quae sunt generis *Chaldaici* (quoniam cetera et facilius patent, et ab aliis explicata sunt, in his autem multa errari, pleraque ignorari video) hoc libello, quantum per spatii angustiam fieri licet, illustrare institui, ut huius linguae utilitas aliis etiam de causis dignae, quae discatur, clarius pateat \*\*\*).

) 2 §. 2.

\*) v. g. Ahasverus, Esther, alia, Persica sunt. [Nebucadnezar et alia peregrina in Nomina apud nos non venerunt.]

\*\*) Hebraica sunt: Abel, Abraham, Adam, Anna, Benjamin, Daniel, Elias, Eliezer, Elisa, Ephraim, Eva, Iacob, Immanuel, Isaac, Iosachim, Jonathan, Ioseph, Iosias, Iudith, Michael, Moses, Rahel, Rebecca, Salomo, Simeon, Zacharias etc. quae tractauerunt *Buxtorf* de nominibus Hebraicis, *Hiller* in Onomastico, alii.

\*\*\*) Chaldaica sunt etiam: Ananias, Barnabas, Bartholomaeus, Lazarus, Zacchaeus, Zebedaeus etc. sed ea vulgo non obuia, quare a nobis h. l. praetereuntur.

## Barbara.

Si quis putet, hoc nomen origine graecum aut latinum esse, is vehementer errat. Nam neque fontem in his linguis indicare licebit, unde manauerit, neque apud orientales mature reperiretur, si ita foret. Est vero Chaldaicum a כרר cum reduplicatione כרר כרר extra (urbem) vel in agro fuit, unde כר אger (frumentum) et כר כרר homo agrestis, agricola, *rusticus*, כר כרר *rustica*. Ex quo intelligitur, hoc nominis rusticis conuenientius esse, quam urbanis \*).

[*Balthasarem* volunt esse *Belfazarem* Dan. V, 1. neque ego noui quicquam rectius. Hoc autem nomen non est Syro-Chaldaicum sed peregrinum, quare h. l. praetermittitur. Conf. *Schloezer über die Chaldaer* in *Repertor. Litterat. Orient. Tom. VIII. p. 176.*]

## Elifabet.

Hoc nomen Luc. I, 5. 36. 40. obuium et apud nos vulgo vsitatum varie poterit explicari;

- a) Vel ab Elifa (אלישע) *Ελισαιος* 2 Reg. III, 1. sqq.) et בית domus, quod tamen neque inscriptioni *Ελισαβητ* conuenit, neque quidquam significat, quod tolerari posset.
- b) Vel ab אל deus et ישב in Particip. ישבת habitans, sed et forma repugnat et friget significatio.

c) Apud Graecos Latinosque ab hac significatione satis casta recessit vocabulum, atque in eo, vt *βαρβαρος* sit homo extraneus, peregrinus, hostis (Cic. de Offic. 1, 12.) ferus, crudelis, immanis, omne haesit. Ac Graecos quidem *βαρβαρος* initio Persas, quippe hostes suos, appellasse, patet ex Thucydide, Xenophonte, (Nepote in Milt. Themist. Pausan.) quos imitati sunt Latini. Sed eiusmodi duritatis *Barbarae* nihil inest. Significat enim rusticam. Omnium autem rerum (vt Ciceronis de Offic. 1, 32. verbis utar) quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

- c) Vel ab אֱלֹהֵי deus meus et שׁוּב reuerti. vnde שׁוּב in Femin. שְׁבַת conuertens f. conuerfa, quod tamen et ipsum durum est.
- d) Vel denique ab אֱלֹהֵי deus cum חַי Chaldaico et שְׁבַת virga f. sceptrum f. tribus (vt sensus fit, vel deum esse regem, vel, aliquem ex tribu dei f. tribu diuina) in compositione et cum accentu אֱלִישֶׁבֶט graece ἐλισαβετ. In quo mirum non videri debet, quod terminatio feminina non insit feminino Nomini: hoc enim fit saepius, vt in מִיכַל, אֲבִיגַיִל etc. Ex quo sequitur, neque Elisabeth esse scribendum nomen, sed Elisabet, neque προσαροξυτονας esse pronunciandum, sed παροξυτονας \*).

§. 4.

Iohannes.

Quanquam nihil frequentius hoc nomine, tamen paucissimos, qui eo vtuntur, quid sibi velit, scire arbitror. Ergo paucis rem expediam. Est videlicet ex mea sententia \*) a חַנּוּן gratiosum esse, Futur. in Hophal יִחַן chaldaice יִחַן vnde nomen apud Syros יִחַן apud chaldaeos יִחַן cum חַי Emphatico (gratia afficiendus) ex quo Graeci faciunt

Χ 3

\*) Quaeritur, quid sit *Elisa*, si est nomen feminae, vt Dido, *Elisa* vocata est nomine Phoenicio, aut regionis (אֱלִישָׁה) Genes. X, 4? Si me sequaris, illud est ab אֱלִישָׁה apud Arabes terruit, in timorem impulit, territa, timida (Δειδω) hoc non tam *Hellas* aut *Elis*, quod plerimi volunt interpretes, quam *Carthago* ipsa, ab *Elisa* f. Dido appellata, aut Hispaniae pars, hodie *Andalusia*. Coniungitur enim fere semper cum אֱלִישָׁה f. *Tartessio* i. e. *Gadibus*.

\*) *Buxtorf* in *Lexic. Chald.* p. 945. scribit יִחַן vt חַי fit correctum ex יִחַן et sensus, deus gratiam attulit, vel dei gratia donatus, vt in *Jonathan* et aliis, me non probante. Nam sic non constaret, quare Graeci scriberent *Ιωαννης* duplici ν, quod non est negligendum. Pro nobis autem stant Nomina *Iosua*, *Iosias*, *Ioel*, alia.

faciunt omiffa littera spirante ח et terminatione Masculina addita Ιωαννης  
\*\*) Latini ח in h mutato, Iohannes (\*\*\*)).

## §. 5.

## Margaretha.

Hanc vocem significare *unionem* vel ex Graeco μαργαριτης et Latino Margarita constat. Sed etymon vocis mere chaldaicum est. Ibi enim רִגֵּן pro quo scribitur רִגֵּל et רִגֵּר est *explorare*, ergo in Particip. Aphel f. Hiphil מְרַגֵּל et מְרַגֵּר explorans, vnde מְרַגֵּרִית fem. מְרַגֵּרִית *qui* et *quae* exploratur (Aphel enim saepius passivam significationem habet) cum א emphatico, מְרַגֵּרִיתָ *unio*, ab explorando et expiscando dicta. Margaretha igitur est, quae unionis pretium habet.

[*Magdalena* est proprie cognomen Mariae Magdala vico Palaestinae oriundae (Ioh. XVIII, 15. XX, 1.) adeoque hebraicae originis, non chaldaicae, addita graeca terminatione adiectiui ηνος in Fem. מַגְדַּלָּה — Si hodie nominis loco habetur, ne vana sit vox, a גִּדְּלָה et מְגִדְּלָה f. *magnitudine* repetenda erit.]

## §. 6.

## Maria.

Hoc nomine etsi nihil apud nos vsitatus, tamen aequè incognitum esse videtur illis, qui idgerunt, atque iis, qui efferunt. Si accu-

\*\*) Hoc nomen a Chaldaeis et Iudaeis corruptum esse in יְהוּסָה, vnde Iannes et Iambres 2 Timoth. III, 8. Num. XXII, 22. docet Buxtorf l. 1.

\*\*\*) *Iohanna* nomen feminae est a Graecis factum ex Ιωαννης in Fem. Ιωαννη vnde Latini dixerunt Iohanna, eadem significatione.

\*) Chaldaicum vulgare nomen מְרַגֵּרִיתָ et מְרַגֵּרִיתָ est (v. Buxtorf l. c. p. 1290.) sed ב et ר saepius permutantur, vt pro בֵּן est בָּר.

accurate indagetur, est a Chaldaico מְרָא dominari, vnde particip. Pael (Hebr. Poel) מְרָא dominans, dominus Dan. V, 23. (etiam מְרִי et מְרִי Syror. מְרִי מְרִי) ex quo feminin. מְרִיא domina, quod scribitur graece μαρια \*).

[Ergo vulgo notum illud et nostratibus potissimum vsitatum „eine Mariell., nihil aliud est, quam diminutivum 78 „Maria., vt latini magistrum diminuunt in magistellum, puerum in puellam, significatque virginem, vel puellam. Qui ex lingua Lithuanica repetunt, vocem non explicant, sed tantum probant, apud Lithuanos Diminutivum eodem fere modo effici, vt apud Latinos.]

## §. 7.

## Mariana et Martha.

A nomine Mariae paullulum differt *Mariane*. Est enim Mariae vox diducta per terminationem ךְ Chaldaeis valde vsitatam (v. g. מְרִיאָׁׁׁ) addita syllaba feminina ךְ vnde efficitur מְרִיאָׁׁׁ Graece Μαριανη significatione ideo non mutata. Idem valet de *Martha*, quae est Forma Feminina eaque mere chaldaica מְרָאׁׁׁ f. domini. Vt enim אֶרְׁׁׁ filius fit apud chald. in fem. בְּרָתָׁׁׁ in stat. Emphat. בְּרָתָׁׁׁ filia, ita אֶרְׁׁׁ, מְרָתָׁׁׁ domina.

Haec hactenus: De reliquis: *Matthaeus*, *Matthias*, *Nathanael*, *Raphael*, *Sabina*, *Susanna*, *Tobias*, *Thomas* etc. alio loco ac tempore. Ex iis enim, quae dicta sunt, patere arbitror magnam linguae chaldaicae in Nominibus Praenominibusque explicandis vim et vtilitatem esse.

The-

\*) Idem nomen hebraice effertur מְרִיאָׁׁׁ Ex. XV, 20. filia Amram, soror Moysi; modo pro ךְ feminino sumatur esse terminationem non suffixi, sed augmenti finalis ׁ. Hinc explicanda est scriptura Μαριαμη Ioc. I, 27. 34. etc. Hoc autem per amaritudinem (a מְרִי) interpretari, vt *Castellus* in Lexic. Heptagl. p. 2129. fecit, vix ignoscendum est Viro litterarum Orientalium facile principi.

## T h e s e s.

1. Inter *reuelationem* et *inspirationem*, si accurate finiatur utraque notio, nihil fere discriminis videtur intercedere.

2. Daniel V, 19 — *נפול* ex Syro multo melius vertitur, in vitam reuocans s. recreans, quam ex LXX, Vulg. Ar. et Luth. *percutiens* aut *delens*, ob Antitheta et Parallelismum.

3. Liber Danielis ob plura, quae continet, graeca vocabula et historiam Cap. X. XI. in seriora tempora deductam a Daniele ipso, qualis nunc est, non profectus, sed a seriori manu elaboratus et ante Antiochi Epiphaniis obitum vix profectus esse videtur.

4. *Cornelius Nepos* in vita Hannibalis Cap. XI. in loco, qui vulgo sic effertur: „At Eumenes, soluta epistola, nihil in ea reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret; cuius etsi causam *mirabatur*, neque reperiēbat, tamen proelium statim committere non dubitauit“ non scripsisse videtur, *mirabatur*, quomodo enim potest mirari causam Eumenes, quam non reperit? sed *rimabatur* h. e. indagabat; quod vocabulum non ita frequens potuit facile in *mirabatur* a librariis mutari.

5. Ies. VII, 14. 15. non ita Messianum nobis videtur, quam Ies. I, 11—17.

6. Reuelationem immediatam eamque supernaturalem in conscientia illustrata ponere (*Ammon's Entwurf einer wissenschaftlich-praktischen Theologie* p. XXII.) et sibi ipsi et sacris litteris repugnat.